



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 395. Usque Ad Annum 428

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117794**

§. 38. S. Chrysostomus Clericos reformat suos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66042](#)

dit, sicut ipse dicit, robur Ecclesiæ esse Sæculum IV.  
 invincibile, in oratione fundatum, illius A. C. 399.  
 nempe Ecclesiæ, subjungit: quæ non in Matth. 16.  
 loco, nec in muris, aut teetis, sed in moribus, 18,  
 legibusque consistit. Id est; illud,  
 quod ad sacrum Asylum confugientibus  
 securitatem præstaret, non esse portarum  
 & structuræ firmitatem, sed Religionis,  
 & Sanctitatis, qua Ministri ejus fulgerent,  
 reverentiam. Nihilominus captus est  
 Eutropius, sed sua imprudentia, cum Ecclesiæ ambitum esset egressus, damnatus,  
 & in exilium in insulam Cyprum, ut ibi  
 dies finiret, missus. Bona omnia fiscus  
 abstulit, ejus memoria omni honore pri-  
 vata, nomen ex fastis deletum, & isto  
 anno unius tantum Consulis nomen refe-  
 rebatur, nempe Theodori, probissimi viri,  
 Christiani, & docti, quem S. Augustinus, & Aug. I. de  
 Poeta Claudianus laudarunt. Condemna- ord. c. II. I.  
 tio Eutropii data legebatur decimo sexto Claud. de  
 Calendas Febr. Constantinopoli, Consu- Conf. Theod.  
 le Theodoro, id est, 17. Januarii anno lib. 17. C.  
 399. At Eutropium vivere Gainas non Theod. de  
 est passus; obtinuit, ut ex Cypro Calce- pœn. 28. Zof.  
 donem adduceretur, ubi, restaurato judi- l. 5. p. 794.  
 cio, capite truncatus est. Philost. X.  
 c. 6.

### §. XXXVIII.

*S. Joannes Chrysostomus Clerum suum  
 reformat.*

**N**on defuere, qui sermonem S. Chryso- Socr. VI.  
 stomi c. 13,

Sæculum IV. stomi in Eutropium vituperarent, dice-  
 A. C. 399. rentque, eum homini afflito insultasse,  
Soz. VIII. c. sed vera, cur virum reprehenderent, cau-  
7. Pall. vit. sa erat invidia, qua in S. Episcopum arde-  
p. 45. bant. Necdum anno integro Ecclesiam  
 Constantinopolitanam rexerat, jamque  
 viri fervor multos ei inimicos tam inter  
 proceres, quam Clericos suscitaverat.  
 Primo illis viris Ecclesiasticis sacrum bel-  
 lum denuntiavit, qui charitatis imagine  
 virginibus (has sorores adoptivas appel-  
 labant) convivebant; alii eas sorores  
 subintroductas, seu Agapeticas vocabant,  
 ac si diceres, charitativas. Non deerant  
 speciosi obtentus, nempe ut tales Virgi-  
 nes aliorum auxilio destitutas, quibus  
 nec Parentes essent, nec amici, adjuva-  
 rent; ut, si opulentæ essent, earum ne-  
 gotia gererent, si autem pauperes, ex  
 charitate nutrirent, omnia ea, quæ Vir-  
 gines per se facere non convenit, ex-  
Sup. l. VIII. pedirent, idque præserim necessarium  
S. 4. XI. §. 17. esse in Regione, ubi rarissime mulieres  
Hier. epist. pedem domo efferunt, vicissim Clerici  
22. 5. his fæminis rei domesticæ curam relin-  
 quere se ajebant, ab eisque exspectare  
 familiaria illa obsequia, quibus præstan-  
 dis alter sexus aptior esset, ut ipsi libe-  
 rius Ministerii sui functionibus vacarent.  
 De cœtero constanter affirmabant, quod  
 nihil sibi licere, quod peccatum esset, pu-  
 tarent, seque nihilo minus continentiam  
 profi-

profiteri. Econtra S. Chrysostomus con- Sæculum IV.  
tendebat, id contubernii genus pejus esse, A. C. 399.  
ac si prostitutas aperte domi alerent:  
*istud, inquit: infames Pagani faciunt, &*  
*omnibus, qui voluerint, scortandi occasio-*  
*nem præbent; hi autem sunt Christiani,*  
*qui ipsis Sanctis scandalum ponunt.*

Sermones de hac materia duos habe- Tom. 6. p.  
mus, videnturque ad hoc tempus refer- 214. p. 230.  
ri deberet; in uno viros arguit, qui so-  
rores suspectas apud se retinebant, in al-  
tero Virgines increpat, qui cum viris ha-  
bitabant. Ponit, ut ipsi dicebant, nul-  
lum crimen patrari contra corporis puri-  
tatem, nihilominus talem cohabitatio-  
nem damnat, ex eo præprimis capite,  
quod creet scandalum, ideo non contem-  
endum, quia suspicionis malæ funda-  
mentum adest, & scandali dati causa nec  
ex se bona est, nec necessaria. Tum  
omnes pudendæ societatis excusationes  
enervat, ostenditque, quantum rationi  
repugnant. Suæ autem sententiæ argu-  
menta affert, continuum periculum cri-  
men committendi, tali convictu emolliri  
mores, delectionem, si nihil aliud sub-  
esset mali, in familiari aspectu, & allo-  
quio, quæ inter personas diversi sexus  
magis irritant sensus. In tractatu, ad  
Virgines directo, dicit, eas in tali habita-  
tione sæpe occasionibus, & temptationibus pag. 231.  
I. 35. erubescendis exponi; atque asserit, hoc

Sæculum IV. malum inde nasci, quod in sola fuga tur-  
A. C. 399 pis operis Virginitatem constituant, dum

tamen muliebrem ornatum, aliosque  
mundanorum mores non dimittunt. His  
S. Chrysostomi sermonibus illi de ipsius  
Clericis offensos se crediderunt, qui hos

Pall. pag. 45. abusus amabant. Exinde in eorum ava-  
ritiam perorare cœpit, & vivendi usus,  
atque hortabatur, ut, suis salariis con-  
tent, ad divitium mensas non current,  
puderetque Sacerdotes Laicorum para-  
fitos, & adulatores dici. Ajebat, Pres-  
byteris, quæ necessaria essent, abundan-  
ter concedenda, ne labore succumberent,

*Hom. 15. in* eosque temporalium rerum sollicitudo  
*1. Tim. ad 5.* a spiritualibus averteret. Id vero non  
*18. Hom. 21.* in *1. Cor. ad* probabat, si alimenta, & vestitum ha-  
9. 7. bentes, adhuc bonis temporalibus in-  
hiarent.

### §. XXXIX.

*S. Joannes Chrysostomus pauperum  
Curator.*

Pall. p. 46. *S*anctus Joannes Promi Condi sui com-  
mentariis examinatis sumptus Ecclesiæ  
inutiles rescidit. Expensas quoque pro  
Episcopo nimis profusas judicans, super-  
flua ægrotorum Hospitio addixit. Cum  
in dies pauperum necessitates augeri cer-  
neret, plura hospitia condidit, his opti-  
mæ vitæ Presbyteros præfecit, Medicos,  
coquos, operarios, qui laborantibus in-  
servi-